

Viride annatum plumbo. Bley-
schweiff.

VIII.

F E R R V M ▶

Ferrum, Græcis *σιδηρον*, dicatum
Marti, id aut effoditur, aut colligi-
tur, aut excoquitur, aut lauatur. Effo-
ditur ex vena, vt Lauensteini, Gishu-
beli, Glashuttæ in Misena: colligitur,
in agris videlicet, vt Grunhani, & pas-
sim in Norico, & in Palatinatu, & in
Francia: excoquitur vtrumq; & fos-
sum quod est, & collectum: lauatur,
cuius massulæ ramentaq; ex aquis exi-
muntur. In Lusatia & Silesia effos-
sum, noua incrementa accipit, & ter-
ra arborumq; trunci in illis incremen-
tis, materiam ferri acquirunt: primū
liquori cuidam denso similem, post-
ea magis magisq; indurescentē. Mo-
lucæ populi hoc metallo carēt: ideo
maiore apud ipsos est in precio: carēt

d